Venient autem dies, quibus[a] virtus[b] mundationis[*] illustretur in aquis, et leo monarchus[c. **] convertetur ad agnum, qui orbem[d] illustret et[e] regna subvertat[f]. Gallus[g. ***] ovis accubans[h] modicis leonis spolio[i] vestietur, nigrum convertetur in rubrum. Evanescent[k] Eneaden simulacra, virtus et superficies[l]; alter[m] cultus adveniet, alter[n] cultor; set et[o] de simulacris duo[†], de viciis[p] totidem[††] in eternum[q] in Urbe, et ad primam originem convertentur[r].

Hinc Eneaden gloria in Biçanciam[s] deducetur[t]. Eritque nidus delicatissimus, qualis non fuit. Robustum decus in muliebrem molliciem[u] convertetur. Eruntque[v] Danay in robore delicato usque ad leonem[†††] LX pedum[w], donec catulos eius ursus[*†] devoret, optimates Biçancenos[x] obtenebret[y. 1], decus decalvet femineum; hinc aquila[2] despecta ursum devoret, aquilam[z] hyrcus[**†] obtenebret, pullum[a. ***†] voret aquile, san-

---

*) Gl. 3: s. de baptismo vel de mundanda lepra Constantini.

**) Gl. 3: s. Constantinus imperator.

***) Gl. 3: s. Silvester papa. — Gl. 1: Per gallum intelligo Silvestrum papam, per ea que consecuntur: 'in' tertii 'leonis spolio vestietur', id est Constantini spolium induit, quando mundatus a lepra privilegiavit ecclesiam et dotavit. Qui Silvester cum prius haberet habitum nigrum, eo deposito, sumpsit habitum rubrum Constantini, et hodie servatur et est hactenus, quod domnus papa induit rubrum. Et hoc est quod dicit: 'nigrum convertetur in rubrum'.

†) Gl. 3: s. Mars et Mammona.

††) Gl. 3: s. superbia et ingratitudo, que semper fuerunt Rome et erunt.

†††) Gl. 3: id est Munucule. Es ist Manuel Comnenus gemeint. Die Sib. giebt ihm irrig 60 Jahre (pedes), während er nur von 1143 —1180. regierte.

*†) Gl. 3: s. Andronicus tutor filiorum Emanuelis et pupillos decapitabit et sibi dyadema imperii arrogabit.

**†) Gl. 3: s. Alexius frater eius.

***†) Gl. 3: s. Alexium filium Ysaac. Die Sib. irrt aber, indem sie meint, dass Alexius III. den Alexius Sohn Isaacs getödtet hätte. Unten S. 164 heisst es richtig: 'pullumque abiget'.

a) 'signum mundacionis erit mirabiliter' fügt 3 hier aus der zweiten Bearbeitung der Sib. ein. b) 'eius' fügt hinzu 3. c) monachus 1. d) omnibus 5. e) Fehlt 5. f) subvertet 5. g) Salus eius 5. h) accumbans 2; titubans, mit Gl. 'subditus' 3; acc. ovis 4. i) spoliis 3. 5. k) Evanescet 4. l) superficiet 3. m) alterius 5. n) et a. 3. o) Fehlt 2. 3. 4. p) Fehlt 2; devictis 4. q) tercium 3; usque in et. 5. r) convertetur 2. 3. s) Bisanciam 2; Bisantium 4; Biçancia 3; Bisantia 5. t) convertetur 1. u) Fehlt 5. v) Erunt 2. 3. 4. w) pedem 2; pedes 4. x) Bisanceos 4; Bisantinos 5. y) obtenebrescet 1. z) aquila 3. a) et p. 5.

1) Vgl. hiezu Salimbene a. 1181: Denique (Andronicus) multos Grecos nobiles interfecit, sed et plurimos excecavit. 2) Isaac Angelus.